6

Confirmació de privilegi del Rey
[illegible] vila de Cabanes [illegible]

N.o 175.

Rey

Nos Philippus,

Rex Castellæ, Aragonum, Legionis vtriusq. Scicilię, Hierusalem, Portugaliæ, Vngariæ, Dalmatię, Croatiæ, Nauarrę, Granatæ, Toleti, Valentię, galletiæ, Mayoricarum, Hispalis, Sardinię, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algezirae, Gibraltaris, insularum Canariæ, nec non Indiarum orientalium, et occidentalium insularum, ac terræ firmæ maris oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, comes Habspurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rosilionis et ceritaniæ, Marchio oristani et comes Goceani; libenti quidem animo ea quæ per Serenissimos Reges, et prædecessores nostros felicis recordationis concessa, et elargita reperimus confirmare, et approbare solemus. Hinc est q. cum pro parte syndici, et procuratoris Vniuersitatis, et singularium oppidi de Cabanes in præfato nostro Valentiæ Regno fuerit nobis exhibitum, et præsentatum quoddam Regium Priuilegium per Serenissimum Regem patrem, et Dominum nostrum colendissimum ad fauorem dicti oppidi concessum sub debita, et asueta Regiæ Aragonum Cancellariæ forma expeditum, cuius tenor est talis. NOS PHILIPPUS dei gratia rex castellæ, Aragonum, Legionis vtriusq. Sciciliæ, Hierusalem Portugaliæ, Vngariæ, Dalmatiæ Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallecię, Mayoricarum, Hispalis, Sardinię, Cordubæ, Corsicę Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algezirae, Gibraltaris, insularum Canarię, nec non indiarum orientalium, et occidentalium insularum, et terræ firmæ maris oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum, et Neopatriæ, comes Habspurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rosilionis, & Ceritaniæ, Marchio oristani, &

comes Goceani confirmantur nonnumquam ea quæ firma sunt non quod necesitas id expostulat, sed vt principis confirmantis voluntas in subditos patefiat; pro parte siquidem Honorabilis Andreu farmacopolæ syndici per villam de Cabanes dicti nostri Regni Valentiæ destinati fuit coram Mag^te. nostra reuerenter expositum quod ex higentibus seruitijs per eos Serenissimis Regibus Aragonum obtinuerunt quamplurimas gratias, fauores, et priuilegia quorum tenores vnus post alium sunt quæ sequuntur.

NOS Philippus dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis vtriusque Sciciliæ, Hierusalem, Portugaliæ, Vngariæ, Dalmatiæ Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galleciæ, Mayoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis Algarbij, Algezira, Gibraltaris, Insularum Canariæ, nec non Indiarum orientalium, et occidentalium insularum, ac terræ firmæ maris oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ Mediolani, Athenarum, et Neopatriæ, comes Habspurgi, Flandriæ Tirolis, Barcinonæ, Rosilionis, et Ceritaniæ, Marchio oristani et Comes Goceani. Per fidelem, et dilectum nostrum syndicum vniuersitatis villæ de Cabanes fuit nobis expositum inter cætera priuilegia á predecesoribus nostris Vniuersitati villæ predictæ concessa habere priuilegium quoddam tenoris sequentis. NOS Germana Dei gratia Regina Aragonum, Sciciliæ, citra, et Vltra farum, Hierusalem, Valentiæ, Mayoricarum, Sardiniæ, et Corsicæ, Commitissa Barchinonæ, Ducissa Athenarum, et Neopatriæ, ac etiam commitissa Rosilionis, et Ceritaniæ, Locumtenens generalis Serenissimi, et potentissimi, ac catholici viri, et Domini nostri charissimi in dictis Regnis Aragonum, et Valentiæ, ac principatu Cathaloniæ, comitatibusque Rosilionis, et Ceritaniæ. Quanquam Illustri, et Reuerendo Alfonso.

[...]agonia Episcopo Dertusen. negoti nostro qui prefati Serenissi[mo]
[...] domino Regi, et nobis quamplurima, et asidua seruitia continuo
[...]t, omniq[ue] vite sue spatio tam mari, quam terra pre[...]
[...] Regie Magestati prestare non cessauit plura, et ma-
iora deberemus quamque pro euis parte in presentiarum nobis
fuerunt supplicata, tamen vt indicia nostra mentis, ac Volun-
tatis, et desiderij erga ipsum cognoscere Valeat, intellecta siquidem
pro illius parte, commoditate, ac vtilitate que ville de Cabanes que
sue mense Episcopalis Dertusen. existit, ac redditibus prefati
Episcopi accedere, ac euenire posset ex concessione nundinarum
quolibet anno faciendarum in predicta Villa, et euis termino.
Propterea supplicationibus prefati Illustris, et Reuerendi
Episcopi que super hoc apud Magestatem nostram non Vulgari-
ter intercessit, et predicte Ville Syndici Magestati nostre, super
hoc ennixe factis annuere cupientes tenore presentis nostri
Priuilegij cunctis temporibus firmiter Valituri de nostra cer-
ta scientia deliberate, et consulto concedimus, et liberaliter
ac gratuito animo elargimur Vniuersitati, ac Ville predicte
de Cabanes illiusq[ue] probis hominibus, vicinis, et habitatoribus
eiusdem vniuersis presentibus, et futuris licentiam, ac plenariam
facultatem quod in eadem villa de Cabanes perpetuo quolibet
anno celebrentur, et celebrari Valeant nundine seu feria vulgo
dicta, que nundine, seu feria incipiant in Vicesima quinta die men-
sis Nouembris, et duret per decem dies post immediate sequentes
Volentes, et expresse concedentes quod omnes, et singule persone cuiq[ue]
cumq[ue] legis, conditionis, status, seu preheminentie fuerint, et ad nun-
dinas ipsas, seu feriam Venientes, et declinantes tam mari quam ter-
ra cum rebus, mercibus animalibus, et bonis alijs, ac nauigijs quasq[ue]
secum detullerint, et duxerint, Vel cum quibus nauigauerint, cum

ipsis, et sine ipsis sint salui, et securi, et venire valeant absq.
timore quorumcunq. crimnum, seu delictorum per eos commiss
dum non sint ex infernis exceptis, seu aliarum quarumcunq
sarum ciuilium, seu crimnalium veniendo, stando, et redeun
sub regijs, et nostris speciali protectione, salua guardia, custodia, et
speciali guidatico, ac in fide regia, et nostra protecti, et custoditi, ita, et
taliter quod non possint capi, detineri, pignorari, marchari, seu aliqua
liter impediri culpis, crimine, vel debitis proprijs, seu alienis. Exclu
dimus tamen ab his, et excipimus expresse à predictis nostro guidatico
salua guardia, protectione, comanda, et securitate proditores, bansatores,
fabricatores falsæ monetæ, fractores itinerum, seu viarum publicarum
hereticos, et sodomitas, et crimen Lesæ Mag.tis commitentes, et perpetran
tes, seu de cætero perpetraturos, ac etiam quod debita ipsa ex censuali
bus mortuis, violarijs, aut commandis veris, vel alijs de foro priuilegiatis
modo aliquo non descendant: Preterea volentes prefatam villam
de Cabanes in tuitu, ac respectu ipsius Illustris, ac Reuerendi Episcopi
mayori beneffitio, et gratia prossequi, concedimus, ac ampliando predicta
nostram gratiam, et concessionem predictarum Nundinarum celebran
darum in vigesimo quinto die Nouembris quolibet anno predictæ Vni
uersitati villæ de Cabanes, et omnibq. hominibq. et habitatoribus
eiusdem Licentiam, et plenariam facultatem quod perpetuo possint, et
valeant predictarum Nundinarum retornum celebrare tenore, quod
retornum nundinarum predictarum concessarum predictæ Vniuer
sitati de Cabanes incipiat in festo seu Dominica quinta quadragessimæ
vulgo appellata de Lazer, et duret post decem dies immediate sequentes.
concedendo expresse, et de nostra certa scientia quibuscunq. personis
cuiuscunq. status, legis, et conditionis, ac preheminentiæ fuerint, et ad
nundinarum predictarum retornum venientes, seu declinantes tam
mari, quam terra, cum rebq. mercibq. animalibq. et bonis alijs

navigijs quos, quas, et que secum detulerint, seu duxerint cum eis
vel sine eis sint, et veniant salui, et securi in fide regia, atque nostra
sub modis, formis, et conditionibus ac etiam guidatico, et securamento
ac exceptionibus supra expressis, et per nos concessis in superius descripta
nundinarum concessione predicte ville, ac Universitati de Cabanes con
tentis; Mandantes preterea gerentibus vices generalis Gubernatoris, ac
bajulis generalibus in predicto valentie regno tam citra, quam ultra
sexonam, eorumque locumtenentibus et subrogatis, et Justitie dicte
ville de Cabanes, ceterisque vniversis, et singulis officialibus et subditis
predicti Domini Regis, et nostris, dictorumque officialium locumte
nentibus presentibus et futuris ad quem seu quos spectet, seu spectabit
sub Regie, ac nostre gratie obtentu, peneque Mille florenorum
a bonis cuiuslibet contrafacientis exhigendorum, regijsque erarijs appli
candorum quatenus concessionem nostram huiusmodi, et gratiam nun
dinarum predictarum, et reborum earundem, et omnia supra in
ea contenta ratam, et firmam habeant, et obseruent, ac obseruari
faciant per quoscunque inuiolabiliter, et non contrafaciant, vel
veniant, aut aliquem contrafacere, vel venire permitant ratione
aliqua, siue causa pro quanto gratiam regiam, ac nostram caram
habent, ac penam predictam cupiunt non subire. In cuius rei tes
timonium presentem fieri iussimus regio sigillo impendenti munitam.
Datum in ciuitate Valentie nono die octobris, anno a natiuitate Domini
Millesimo Quingentesimo septimo. Regnorumque dicti Domini Regis
videlicet Sicilie ultra farum anno Quadragesimo, Aragonum, et
aliorum Vicesimo nono, Sicilie autem citra farum, et Hierusa
lem Quinto. La Reyna. Vt. Gallac R. Vt. Alfonsus Sanchiz
Thesaurarius, et pro conseruatore. Domina Regina Locumtenen
generalis mandauit mihi Arnaldo Perez. Vissa per Balthasare

de Gallach Regentem cancellariam, Alfonsum Sanchiz Thesaurarium, et pro conseruatore. In diuersorum Locumtenentis generalis primo folio xxxxxiij. quod quidem Priuilegium per Cesaream Magestatem inuictissimi imperatoris Caroli quinti patris nostri colendissimi felicis memorie confirmatum et immutatum retornum dictarum nundinarum cuiuslibet anni Videlicet à feria quinta ad secundam quadragessime, et quod in dicta villa de Cabanes à die concesionis dictorum Priuilegiorum usque in presentem diem supradictis in terminis habite, et celebrate sunt quot annis dicte nundine, et retornum, sed cum Priuilegium confirmationis, et immutationis iam dictum fuerit emissum, atque perditum, Magestati nostre propterea dictus Syndicus humiliter supplicauit vt dictorum Priuilegiorum respectiue laudationem approbationem, ac confirmationem, et quatenus opus esset reparationem, et nouam concessionem ei concedere dignaremur. Nos vero subditorum nostrorum votis presertim benemeritorum inclinati tenore presentis de nostra certa Scientia, Regiaque auctoritate deliberate, et consulto dictum preinsertum priuilegium omniaque et singula in eo expressa, contenta, et declarata iuxta eius formam, tenorem et seriem, á prima Linea, Vsque ad Vltimam dictumque priuilegium immutationis Retorni à feria quinta ad secundam quadragessime quatenus tamen in eorum possesionem existunt laudamus aprobamus, Ratifficamus. et confirmamus ac si, et quatenus opus est reficimus, et denouo concedimus, nostreque huiusmodi Laudationis, approbationis, ratifficationis, confirmationis, refectionis ac noue concesionis presidio, seu munimine Validamus, et roboramus. nostramque auctoritatem in eisdem interponimus. pariter, et decretum.

Volentes, et expresse decernentes quod nostra huiusmodi confirmatio, refectio, et noua concesio sit, et esse debeat eidem Vniuersitati predicte Villæ de Cabanes modo quo supra stabilis, realis, valida, atque firma, nullumque in iudicio, vel extra sentiat diminutionis incomodi dubitationis obiectum, aut noxæ alterius detrimentum, sed in suo semper robore, et firmitate persistat. Serenissimo id circo Philippo principi austriarum, et Gerundæ, ducique calabriæ, et montis albi filio primogenito nostro charissimo, ac post Longeuos, et felices dies nostros in omnibus Regnis, et Dominijs nostris deo propicio immediato heredi, et legitimo succesori intentum aperientes nostrum sub paternæ benedictionis obtentu dicimus eumque rogamus, egregio vero Locumtenenti, et capitaneo generali nostro, Regenti cancellariam, et doctoribus nostræ regiæ audientiæ, Gerentibusque vices nostri generalis Gubernatoris, magistro Rationali, Bayulo generali, eorumque Locumtenentibus aduocatis, et procuratoribus fiscalibus, Justitijs, alguazirijs, virgarijs, portarijs, cæterisque demum vniuersis, et singulis officialibus, et subditis nostris in dicto Valentiæ Regno tam citra quam Vltra Sexonam constitutis, et constituendis dictorumque offitialium Locumtenentibus et subrrogatis præsentibus et futuris dicimus præcipimus, et iubemus ad incursum nostræ regiæ indignationis, et iræ peneque florenorum auri Aragonum Mille à bonis cuiuslibet contrafacientis exhigendorum, et nostris inferendorum ærarijs quatenus huiusmodi nostram Laudationem, approbationem, et confirmationem, ac nouam concessionem, omniaque et singula in ea contenta si et quatenus sunt in possesione præfatæ villæ de Cabanes ac Vicinis, et habitatoribus illius præsentibus et futuris (Vt præfertur) teneant firmiter, et obseruent tenerique inuiolabiliter obseruari

faciant per quos deceat cauti, seu eis agere fieriue permittere, o
tione aliqua siue causa si dictus Serenissimus Princeps nostri
morem gerere, ceteri vero officiales, et subditi nostri predicti gra
tiam nostram caram habent, et preter iræ, et indignationis nostræ
incursum penam preappositam cupiunt euitare. In cuius Testi
monium presentem fieri iussimus nostro Regio communi sigillo
impendenti munitam. Datt. in ciuitate nostra Valentiæ, die De
cimo primo mensis February anno à natiuitate Domini Mille
simo Quingentesimo octuagesimo sexto, Regnorumque nostrorum
videlicet Citerioris Siciliæ, et Hierusalem anno trigesimo tercio
Castellæ autem, Aragonum, Vlterioris Siciliæ, et aliorum trigesi
mo primo, Portugaliæ vero septimo. Yo el Rey. vidit Frigola
Vicecancellarius, Vt. Baraona pro generali thesaurario. Vt. Capena R.s
Vt. Terca R.s Vt. Saganta pro conseruatore generali. Dominus Rex
mandauit mihi Guillermo Nicolao Deona, visa per Frigola
Vicecancellarium, Baraona pro generali thesaurario, Capena, et
Terça Regentes cancellariam, et Saganta pro conseruatore generali
in diuersorum Valentiæ xvj. fol. 13. NOS Germana
dei gratia Regina Aragonum, Siciliæ, citra, et vltrafarum, Hie
rusalem, Valentiæ, Mayoricarum, Sardiniæ, et Corsicæ, Commiti
ssa Rosilionis, et Ceritaniæ, ducissa Athenarum, et Neopatriæ
ac etiam commitissa Barchinonæ, Locumtenens generalis Serenis
simi, et potentissimi, ac catolici viri, et Domini nostri charissimi
in dictis Regnis Aragonum, et Valentiæ, ac principatu catholoniæ
commitatibusque Rosilionis, et Ceritaniæ, queamque Illustri, et
Reuerendo Alfonso de Aragonia Episcopo Dertusensi nepoti nostro
qui prefato Serenissimo Domino Regi, et nobis quamplurima, et
assidua seruitia continuo prestat, omnique vitæ suæ spacio tam mari

quam terra prefate Regie Magestati prestare non cessauit, plura et mayora debeamus quam que pro eius parte in presentiarum nobis fuerunt supplicata, tamen Ut indicia nostre mentis, ac voluntatis et desiderij erga ipsum cognoscere valeat, intellecta siquidem pro illius parte comoditate, ac Utilitate que ville de Cabanes que sue mense Episcopalis Dertusen. existit, ac redditibus prefati Episcopi accedere, et euenire posset ex concessione Nundinarum quolibet anno faciendarum in predicta villa, et eius termino. Propterea supplicationibus prefati Illustris, et Reuerendi Episcopi que super hoc apud Magestatem nostram vulgariter interesset, et predicte ville Syndici Magestati nostre super hoc enixe factis annuere cupientes tenore presentis nostri priuilegij cunctis temporibus firmiter valituri de nostra certa Scientia deliberate, et consulto concedimus, et liberaliter, ac gratuito animo elargimur Uniuersitati, ac ville predicte de Cabanes, illiusque probis hominibus vicinis, et habitatoribus eiusdem Uniuersitatis presentibus et futuris licentiam, ac plenariam facultatem quod in eadem villa de Cabanes perpetuo quolibet anno celebrentur, et celebrari valeant nundine, seu feria vulgo dicta, que nundine, seu feria incipiant in Uicessima quinta die mensis Nouembris, et duret per decem dies post immediate sequentes, Volentes, et expresse concedentes quod omnes, et singule persone cuiuscumque Legis conditionis, status, seu preheminentie fuerint, et ad nundinas ipsas seu feriam Venientes, et declinantes tam mari, quam terra, cum rebus, mercibus animalibus et bonis alijs, ac nauigijs quasque secum detullerint, seu duxerint, vel cum quibus nauigauerint cum ipsis et sine ipsis salui, et securi, et venire valeant absque aliquo timore quorumcumque Criminum, seu delictorum per eos Commissorum

dum non sint ex inferius exceptis, seu aliarum quarumcunque
causarum civilium, seu criminalium veniendo, stando, et
redeundo, ac sub regijs, et nostris speciali protectione, salvaguardia
custodia, et speciali guidatico, ac in fide Regia, et nostra protecti
et custoditi, ita et taliter quod non possint capi, detineri, pignorari
marchari, seu aliqualiter impediri culpis, crimine, vel debito
proprijs seu alienis. Excludimus tamen ab eis, et excipimus ex
presse à praedictis nostro guidatico, salva guardia, protectione
comanda, et securitate proditores, bançatores, fabricatores
falsae monetae, fractores itinerum, seu viarum publicarum
hereticos, et sodomitas, et crimen Lesse Magestatis comitentes
et perpetrantes, seu de cetero perpetraturos, ac etiam quod de
bita ipsa ex censualibus mortuis, violarijs, aut comandis
veris, vel alijs de foro privilegiatis modo aliquo non descendant.
Propterea volentes praefatam villam de Cabanes intuitu, ac res
pectu ipsius illustris, ac Reverendi Episcopi mayori beneffitio
et gratia prossequi. Concedimus, ac ampliando praedictam nos=
tram gratiam, et concessionem praedictarum nundinarum cele
brandarum in vigesimo quinto die novembris quolibet anno prae
dictae universitati villae de Cabanes, et omnibus hominibus et ha
bitatoribus eiusdem licentiam, et plenariam facultatem quod per
petuo possint et valeant praedictarum nundinarum retornum
celebrare, et tenere, quod retornum nundinarum praedictarum
concessarum praedictae universitati de Cabanes incipiat in festo
seu Dominica quinta Quadragesimae vulgo appellata de Lazer
et duret post dies decem continuos immediate sequentes. Concedendo
expresse, et de nostri certa scientia quibuscunque personis cuius=

cumqz status, legis, et conditionis, ac praeheminentiae fuerint, et ad nundinarum praedictarum nundinarum venientes, seu declinantes tam mari quam terra cum rebus, mercibus animalibus, et bonis alijs, ac navigijs quos, quas, et quae secum detulerint, seu duxerint cum eis, et sint eis sint, et veniant salui, et securi in fide Regia, atq. nostra sub modis, formis, et conditionibus ac etiam guidatico, et securamento ac exceptionibus suppra expressis, et per nos concessis in superius descripta nundinarum concessione praedictae villae, ac Universitati de Cabanes contentis. Mandantes propterea gerentibus vices generalis Gubernatoris, ac Bajulis generalibus in praedicto Regno Valentiae tam citra, quam ultra Sexonam eorumqz Locumtenentibus, ac subrogatis, et Justitiae dictae villae de Cabanes, caeterisq. universis, et singulis officialibus, et subditis praedicti Domini Regis, et nostris, dictorumqz officialium Locumtenentibus praesentibus et futuris ad quem, seu quos spectet, seu spectabit sub Regiae, ac nostrae gratiae obtentu, penaqz mille florenorum a bonis cuiuslibet contrafacientis exhigendorum, regijsqz aerarijs applicandorum quatenus concessionem nostram huiusmodi, gratiam nundinarum praedictarum et retornium earundem, et omnia suppra in ea contenta ratam, et firmam habeant, et observent, ac observari faciant per quoscumqz inviolabiliter, et non contrafaciant, vel veniant, aut aliquem contrafacere, vel venire permitant ratione aliqua sive causa pro quanto gratiam regiam nostram caram habeant, ac penam praedictam cupiunt non subire. In cuius rei testimonium praesentem fieri iussimus Regio sigillo impendenti munitam. Datt. in civitate Valentiae, nono die octobris anno a nativitate Domini

Millesimo Quingentesimo Septimo. Regnorumqz dicti domini Regis videlicet Sicilie ultra farum anno quadragesimo, Aragonum, et aliorum vigesimo nono, Sicilie autem citra farum, et Hierusalem quinto. La Reyna. Vt. Gallach R.t Vt. Al.o Sanchez thesaurarius et conseruator generalis. Domina Regina Locumtenens generalis mandauit mihi Arnaldo Perez, vissa per Balthazarem Gallach Regentem cancellariam, et Alfonsum Sanchez thesaurarium, et procon seruatore generali. in diuersorum Locumtenentie generalis Primo. fol. xxxxiiij. NOS CAROLUS diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper Augustus rex germanie, et Joanna eius mater et idem Carolus dei gratia Reges Castelle, Aragonum utriusqz Sicilie, Hierusalem, Vngarie, Dalmatie, Croatie, Legionis nauarre Granate, Toleti, Valentie, Gallecie, Mayoricarum, Hispalis, Sardinie, Cordube, Corsice, Murtie, Giennis, Algarbij, Algezire, Gibraltaris, insularum Canarie, necnon indiarum, insularum, et terre firme maris oceani. Archiduces Austrie. Duces Burgundie, et Brabantie comites Barcinone. Flandrie, et Tirolis, domini Viscaye, et moline Duces Athenarum, et Neopatrie, comites Rosilionis, et ceritanie Marchiones Oristani, et Goceani. ex tenore cuiusdam Priuilegij per olim Serenissimam Germanam Aragonum Reginam Locumtenenté generalem in Regnis Aragonum Dati in ciuitate valentie, die nono octobris anni millesimi quingentesimi septimi. sigillo regio impendenti muniti, et alijs solemnitatibus assuetis expediti clare vidimus aparere quemadmodum eadem Serenissima Regina Germana vobis vicinis et habitatoribus ville de Cabanes huiusmodi Valentie Regni licentiam et facultatem quot annis celebrandi nundinas siue feriam in dicta villa die vicesima quinta mensis Nouembris per decem dies post immediate sequentes duraturos, et nihil ominus dictam gratiam, et concessionem nundinarum ampliando cum eodem Priuilegio dicta Serenissima Regina vobis dictis hominibus et habitatoribus concessit, licentiamqz

et plenariam facultatem dedit quod possitis predictarum nundi-
narum retornum celebrare, et tenere singulis annis die Dominica
quinta Quadragessimæ vulgo appellata de Lazer duraturam per
decem dies continuos prout dicti Privilegij vigore de presenti dictæ
nundinæ, et retornum celebrantur suis prestatutis terminis, cumque
ut celebratio retorni predicti cum sequentibus decem diebus in alio com-
modiori die celebretur nobis humiliter suppliciatum fuit vestri pro
parte ut diem iamdictum celebrationi retorni ad diem Dominicam
secundam Quadragessimæ mutare dignaremur, sic quod retornum
ipsum dicta secunda die quadragesimæ cum sequentibus decem diebus
abinde celebretur, et celebrari habeat prout dicta die Dominica La-
zari hactenus celebratum fuit. Nos vero volentes vobiscum dictis
hominibus favorabiliter agere suppliciationi vestræ iamdictæ annui-
mus, tenore igitur presentis de certa scientia, regiaque authoritate
nostra, deliberate, et consulto vobis dictis hominibus vicinis, et habi-
tatoribus dictæ villæ de Cabanes presentibus et futuris concedimus, et
plenariam facultatem elargimur quotiescunque volueritis, et vo-
bis placuerit possitis, et libere valeatis mutare dictum retornum
nundinarum quod dicta die Dominica Lazari celebrabatur, ad
dictam diem Dominicam secundam Quadragessimæ, sic quod abinde
cunctis futuris temporibus dicta secunda die Dominica Quadragesimæ
retornum predictum Nundinarum celebretur singulis annis, et
postea per decem dies inmediate sequentes modo, et forma quibus dicta
die Dominica Lazari celebrabatur. Illustri propterea Philippo Prin-
cipi Asturiarum, et Gerundæ filio primogenito, et nepoti nostro cha-
rissimo, ac post felices, et longevos dies nostros in omnibus Regnis
et Dominijs nostris (Deo propitio) immediato heredi, et legitimo succe-
ssori nostrum aperientes intentum sub paterne Avitæque benedictio-
nis obtentu dicimus, Illustrissimum vero Ducem don Ferdinan-

dum de Aragonia consanguineum nostrum precarum locum tenentem, et capitaneum generalem nostrum in huiusmodi Valentiæ Regno enixe rogamus, nobilibus insuper, magnificis, dilectis consiliarijs, et fidelibus nostris, gerentibus vices nostri generalis Gubernatoris, Regenti cancellariam, et Magistro Rationali, Bayulo generali, ceterisq; demum Universis, et singulis offitialibq. et subditis nostris in pnti Valentiæ regno constitutis, et constituendis, dictorumq; offitialium locumtenentibus presentibq. et futuris dicimus, et districte precipiendo mandamus de eisdem scientia, et auctoritate ad iræ, et indignationis nostræ incursum penaeq. florenorum auri aragonum mille nostris inferendorum erarijs quatenus nostram huiusmodi gratiam ceteraq. omnia, et singula in ea contenta vobis dictis vicinis, et habitatoribus iam dictæ Villæ de Cabanes tam filiis et presentibq. quam futuris ad unguem teneant perpetuo firmiter et observent, tenerique et inviolabiliter observari faciant per quoscunqz. caut. secus agere, aut fieri permittere ratione aliqua sive causa si gratia nostra illis chara est, et preter iræ, et indignationis nostræ incursum penam preappositam cupiunt evitare. Huiusmodi vero mutationem reform. vobis concedere intendimq. sine preiudicio iuris alieni et non als. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro communi sigillo impendenti munitam. Datt. C. Valentiæ, die XVj. mensis Decembris anno a natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo secundo, imperij nostri anno Vigesimo quarto, Regnorum autem nostrorum videlicet Regine castellæ, legionis Granatæ anno trigesimo nono, Nauarre

vigesimo octauo,, Aragonum vero, vtriusqz. Sicilie. Hierusale
et aliorum vigesimo sexto Regis vero omnium vigesimo sep-
timo. Yo el Rey. V.t Costa R.s V.t Hieronymq. Vrries pro
conseruatore generali. V.t Dominicus de Orbea pro thesaurario.
Cesarea, et Catholica Magestas mandauit mihi Micha
elli Clemente, vissa per Costa regentem Cancellariam
per Dominicum de Orbea pro generali thesaurario, et Vrries
pro conseruatore generali. in diuersorum Valentie S. C. vij.
fol. xxxij. Fueritqz nobis humiliter supplicatum pro parte
dicti Syndici dicte ville de Cabanes quatenus praeinserta Pri
uilegia, ac omnia, et singula in eis dem contenta a prima li-
nea, usqz. ad vltimam Laudare, approbare, ratifficare, et
confirmare acquatenus opus sit denouo concedere de nostra
solita benignitate dignaremur. Nos vero attentis eiusdem
ville seruitijs Regie Corone, et Domui Aragonum prestitis
et impensis, et que (deo dante) nobis prestaturum speramq.
supplicationi predicte benigne annuentes thenore pntis carte
nostre omni futuro tempore firmiter valiture ex nostra cer
ta scientia deliberate, et consulto premiserta regia priuilegia
ac omnia, et singula in eis contenta a prima linea usqz ad vl
timam Laudamus, approbamus, ratifficamq. et confirmamus
acquatenus opus sit denouo concedimus, nostreqz. huiusmodi Lau
dationi, approbationi, ratifficationi, confirmationiqz et noue con
cessioni muniminis, et presidio roboramus, Et Validamq. ac si
et prout melius, et plenius vniuersitas dicte ville de Cabanes
ei actenus vsa fuit, et qz in presentiarum in eorum possesione. Vo-
lentes et expresse decernentes qd. huiusmodi nostra Laudatio, ap-
probatio, ratifficatio, et confirmatio, et quatenus opus sit noua concessio

Sit ex nunc, et de cetero dicte ville, et Universitati de Cabanes firma stabilis et valida, nullum in Judicijs, aut extra sentiens dubieta tis involucrum, aut alicuius noxe detrimentum, sed semper in fa uorem dicte universitatis dicte ville de Cabanes interpretari volumus et iubemus, et in suo robore, et firmitate permansuram. Futuro prop terea Locumtenenti, et capitaneo generali nostro in prefato Valen tie Regno, nobilibus magnifficis, dilectis consiliarijs et fidelibus nos tris Regenti cancellariam, et doctoribus nostre regie audientie Gerentibus vices nostri generalis Gubernatoris, Bajulo generali, ma gistro Rationali, aduocatis, procuratoribus fiscalibus, Justitijs, Jura tis, alguasirijs, virgarijs, portarijs, ceterisque demum universis, et singulis officialibus et subditis nostris in predicto nostro Valentie regno constitutis, et constituendis presentibus, et futuris ad incursu nostre indignationis et ire, penaeque florenorum auri aragonum Quingentorum à bonis cuiuslibet secus agentis irremissibiliter exigendorum, nostrisque inferendorum erarijs quatenus nos trum Priuilegium, confirmationem, gratiam, et nouam concessione ac omnia, et singula in eo contenta dicte universitati dicte ville de Cabanes in perpetuum teneant firmiter, et obseruent, tenerique et obseruari faciant perpetuo inuiolabiliter per quoscumque. et non contra faciant, vel veniant, aut aliquem contra facere, vel venire permitant ratione aliqua, siue causa, si gratiam nostram caram habent, preappositamque penam cupiunt euitare. In cuius rei tes timonium presentem fieri Jussimus nostro huius Locumtenentie sigillo, cum comune nostre Regie aragonum cancellarie in promptu non extet inpendenti munitam. Datt. in nostra ciuitate Valentie die octauo mensis februarij anno à natiuitate Domini Millesimo sexcentesimo quarto. regnorum autem nostrorum omnium sep timo. Yo el Rey. Vidit Couarruuias vicecancellarius. V.t franquesa

conseruator generalis. Tomo Caraçon el conseruador general franquesa.
Dominus Rex mandauit mihi Dominico ortiz, vissa per Couarruuias
Vicecancellarium, et franquesa conseruatorem generalem. in diuer
sorum Locumtenentiæ generalis valentiæ xxj. fol. xviiij. Confirma
V. Mag.d a la villa de Cabanes los Priuilegios aqui insertos en quan=
to estan en possesion dellos. Ha preçedido pareçer dela Audiençia.
Nobisq. humiliter supplicatum fuerit vt priuilegium prædictum,
et omnia, et singula in eo contenta laudare, approbare, rattifi=
care, et confirmare, et quatenus opussit de nouo concedere de nostra
solita munifficentia dignaremur. Nos vero supplicationi præ=
dictæ modo infrascripto duximus annuendum. Tenore igitur
præsentis de nostra certa scientia, Regiaq. auctoritate delibe=
rate, et consulto preinsertum Priuilegium, et omnia, et singula
in eodem contenta a prima linea, vsq. ad vltimam laudamus
approbamus, ratifficamus, et quatenus opussit de nouo concedimus
nostræq. huiusmodi laudationis, approbationis, ratifficationis, et confir
mationis munimine, seu præsidio roboramus, et validamus iuxta ipso=
rum seriem, et tenorem pleniores quatenus in eorum possesione exis=
tunt, et quocunq. abussu remoto, et sine præiuditio tertij. Volentes
et expresse decernentes quod nostra huiusmodi confirmatio, lau
datio, et approbatio, et quatenus opus sit noua concessio sit, et esse de
beat dictis vniuersitati, et singularibus oppidi de Cabanes modo
quo suppra stabilis, Realis, valida, atq. firma, nullumq. in
iuditio, aut extra sentiat diminutionis obiectum, deffectus, in
commodum, aut noxæ cuiuslibet alterius detrimentum, sed
in suo semper robore, et firmitate persistat. Quapropter Illustri
Nobilibus, Magnifficis, dilectisq. consiliarijs, et fidelibus nostris=

tris Locumtenenti, et Capitaneo Generali nostro, Regenti
cancellariam, et doctoribus nostræ Regiæ Audientiæ,
Gerentibusq. Vices nostri generalis Gubernatoris, Ba-
iulo generali, Magistro Rationali, Locumtenenti nostri
generalis Thesaurarij, Aduocatis et Procuratoribus fis-
calibus, et Patrimonialibus, Justitijs, Juratis, Alguazi-
rijs, Virgarijs, Portarijs, cæterisq. demum Vniuersis
et singulis officialibus, et subditis nostris mayoribus, et
minoribus in prædicto nostro Valentiæ Regno constitu-
tis, et constituendis, ipsorumq. officialium Locatenenti-
bus, seu officia ipsa regentibus, et subrrogatis præsentibus
et futuris ad incursum nostræ regiæ indignationis, et iræ
pœneq. florenorum auri Aragonum Mille nostris Re-
gijs inferendorum ærarijs dicimus, et Jubemus quod nostram
huiusmodi confirmationem, et omnia, et singula in eo contenta
præfatis Vniuersitati, et singularibus oppidi de Cabanes
(vt præfertur) teneant firmiter, et obseruent, tenerique et
inuiolabiliter obseruari faciant per quos deceat, cauti se-
cus agere, fierive permitere ratione aliqua, siue Causa
si officiales, et subditi nostri prædicti gratiam nostram
charam habent, ac præter iræ, et indignationis nostræ
incursum pœnam preappositam cupiunt euitare. In
cuius rei Testimonium præsentem fieri Jussimus nostro
regio commum sigillo impendenti munitam. Datt.

in Ciuitate nra Barcinone die Vigesima quarta mensis Aprilis anno a Natiuitate Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo sexto. Regnorumque nostrorum Sexto.

Dominus Rex man. mihi Don Nicolao Mensa visa per Don franciscu de Castelui Don franciscu Leo Regentes Canc.ria et Don Michaelem Canoguera locumt. glis Thesaurarij, et me pro Conseruatore gnali

V. Don fran. Castelui R.

V.t d. Michael Canoguera. L.t glis T. I.

V. Don fran. Leo R.

V.t Don Nicolaus Mensa pro Conseruatore generali

V. Mag.d confirma a la Villa de Cabanes el priuilegio aqui inserto en quanto estan en possession del y sin perjuicio de tercero /